

Nomenclatural novelties : G. Consiglio & L. Setti

**Agaricus hobsonii** Berk., *Outl. Brit. Fung.* (London): 138 (1860).

**IF557064**

Epitype K(M) 122842; sequences MN855372 (ITS), MN856170 (RPB2), hic designatus.

Supported Holotype K(M) 39990.

**Clitopilus baronii** Consiglio & Setti, sp.nov.

**IF557063**

Pileus 5–40 mm, convexus, orbicularis, conchatus vel spatuliformis, substrato ligneo lateraliter affixus, primum virgineus deinde leviter griseolus vel sordide cremeus, sericeus vel tomentosus in media parte, lateraliter versus insertionis locum villosus vel tomentosus, haud striatus, margine diu involuto. Lamellae satis distantes, crassiusculae, 2–3 mm latae, cum numerosis lamellulis, anguste adnatae, radialiter dispositae pro insertionis loco, albidae in iuvenibus speciminibus, cremeo-roseae vel roseo-ochraceae in maturitate, acie integra. Stipes subnullus, si praesens brevissimus, excentricus vel lateralis, albus, pubescens vel tomentosus. Caro alba, tenuis. Odor atque sapor leviter farinacei. Sporae 6,9–8,4 × 4,4–5,5 µm (7,6 × 5,0 µm), Q = 1,68 × 1,71 (Qm 1,55), Vm = 101 ± 3, ellipsoideae vel subamygdaliformes, specie laeves sub lente, interdum cum 8–10 costis longitudinalibus parum evidentibus, polygonales angulis obtusis in conspectu polari, hyalinae vel clarissime cremeae in aqua, pariete usque ad 1 µm crassa atque hilari appendice non parum manifesta, 0,8–1 µm longa. Basidia 21–26 × 8,3–10 µm, tetraspora, clavata, sterigmatibus usque ad a 4 µm longis. Lamellarum trama regularis vel subregularis, ex hyphis usque ad 10 µm latis, hyalinis in L4, constituta. Cheilocystidia 8–22 × 7–9 + 4–45 × 2–4 µm, lagoeniformia, basi curta, sursum rostris longis atque tenuibus, interdum septatis, haud frequentibus praedita. Pileipellis ex cute hyphis varie intertextis, numerosis elementis terminalibus emergentibus, ramosis, diverticulatis, ad apicem rotundatis, saepe leviter inflatis, 16–29 × 3,4–7 µm, haud gelatinosis, laevibus, pigmento intracellulari plus minusve pallide luteolo constituta tramarum hyphae cylindricae, usque ad 7 µm latae. Fibulae absunt ubique.

Holotype AMB 18363.

Italia, in loco Bosco della Fontana (Marmirolo, MN) dicto, supra truncum marcescentem Quercus cerris, 1/XII/2007 lectus, leg. G. Consiglio & L. Setti; Sequentiae in GenBank MN855369 (ITS), MN856167 (RPB2) et MN856177 (TEF1)